

gvide des plus grands, Empereur de France. Verum ad illud encomiorum culmen non adscendit, quibus maectari solet *Rex Germanorum.* nempe *in fide Jesu Nazareni inter Christianos Principes Christianorum Summus.*

§. 6. Suppono II. Distingvendum esse inter *Materiale Anti-Christianismi* ac ejusdem *Formale.* Facile largimur, *Imperium Romanum* se habere *instar subjecti,* in quod *Politia Antichristiana* ceu *forma* pridem est introducta. tantum abest ut credamus, *Anti-Christum non venturum,* nisi prius *eversum penitus ac pessundatum fuerit* J. R. qui est *κοκκυσμοδς* omnium *Papularum,* duce *Petro de Andlo.* Neque verò quicquam nobis

A. l. 2. de imperio
Rō. c. 20. ib.
Marq. Freh. v. Haupt
bertheidi.
gung Theo
log. Saxon.
G. append.
Cōment. p.
39. p. 44 ab-
usu ult.
H. Innocēt.
Lutheran.
p. II. c. 3.
seqq.
D. AVTI-
ρηισσο-
Φία sect.
III. a. 2.
M. Antichr.
Revelato 1.
10c. 23.
Smalzius
cōtr. Franz.
p. 414.
B. h. l. p. 36.

metuimus à crimine læsæ Majestatis Imperatoriæ aut violatæ pacis Religionis, *Papam Romanensem ex communi Protestantium sententia AntiChristum* salutando. ut miremur *H. Grotium* in hæc verba erumpere: *Confessio Augustana, princeps omnium inter Protestantes, de Traditionibus agens, ait, Pontificia fore cle- mentia eas mitigare. Itane locutus fuisset Philippus Melanchthon & ex ejus consilio Elector & Principes multi & civitates, si sensissent, Papam esse Antichristum?* quæ cum à Jesuitis sit mutuatus, quibus capulo jam proximus passim communicat, adeo ut tandem -- -- fermentum, & quæ semel intus innata est, rupto jecore exierit caprificus, Eum ad *B. Nicolaum Hunnium & D. D. Danbauerum* bonâ ipsius pace remittimus, ut & ad *Samuelem Maresium,* qui *Philippum,* cujus verba ex *Epistola ad Bellajum* ad testimonium citat *Grotius,* Orthodoxis hîc non absentire demonstravit.

§. 7. His ita suppositis in *fundamenta Expositionis* nostræ inquirendum. quæ *Antiochum* penitus excludant. quorū potissimum nobis suppeditat *CAP. XII. r.* ubi *Angelus,* arcanorum divinorum interpres, argumentum, quod capite præcedente auspiciatus fuerat, persequitur ac eundem illi terminum figit, quem *Orbi Universo.* excidium nempe finale & *πανολεθειαν,* quam *Universalis & miraculosa mortuorum resurrectionis* מופת תהיירי מתים, ut *Jachius* loquitur, immediatè excipit v. 2. 3. Verum illud subruere conantur *Sociniani & Thomas Brighmannus,* qui per *mortuorum Resurrectionem parti-*

ti-